DISSSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
SISTENS

MORBOS AB ACIDO SEU NOXAM ACIDI IN CORPORE HUMANO.

QVAM,
AUXILIANTE NUMINE DIVINO,
GRATIOSA FACULTATE MEDICA
IN PERANTIQUA HIERANA CONSENTIENTE,
SUB PRÆSIDIO

N. D. JOHANNIS ANDREÆ FISCHERI,

SILIARII ET ARCHIATRI ELECTORAL. MOGUNT. FACULT. MED. SENIORIS, PATHOLOG. ET PRAX. PROF. PUBL. ORD. NEC NON MED. PROVINCIAL. DUCAL. ISENAC.
TRONI, PROMOTORIS ET TRIBUS AB HINC LUSTRIS PRÆCEPTORIS SUI,
LUSQVAM FILIALI OBSERVANTIA AD CINERES USQVE COLENDI,

PRO LICENTIA

MMOS IN ARTE MEDICA HONORES, ET PRIVILEGIA DOCTORALIA LEGITIME CAPESSENDI,
PUBLICÆ ERUDITORUM VENTILATIONI EXPONET,
AUTOR ET RESPONDENS
AROLUS FRIDERICUS Breitenbach/
Erfurto-Thuring. Med. Practic. Lipſienſ.

AD DIEM XXIII. FEBRUAR. ANNI M DCC XX.
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS,
HORIS CONSUETIS.

RFORDIÆ, Typis JOHANNIS HENRICI GROSCHII, Academiæ Typographi.

DEO
PATRIÆ
ET
PATRONIS
SACRUM!

PROŒMIUM.

INter omnes, quos â Veteribus deſcriptos habemus morbos, revera ſi accuratius rem perpendere, oculoque attentiori examinare velimus, ferè nullos adeo latentes, profun-
ius radices agentes tamque mala ſymptoma-
producentes curamque reſpuentes deprehen-
mus, quam ex diatheſi humorum acida tam
mplici quam mixta, originem ducentes. Cum
aque acidum nominamus, noſtri non eſt in-
ituti Wirdigii (*a*) ſententiæ ſubſcribere,
ui ubi de præternaturali ſpirituum conſtitu-

(*a*) *Vid. Sebaſtiani Wirdigii Novæ Medicinæ ſpirituum Tract. Hamburg. 1688. edit. 12. L. II. C. 2. p. m. 27*

tione agit, aciditatem cauſam omnium mo
borum exiſtere, his verbis affirmat: *Da*
hac occaſione proponam paradoxum aliquod &
monſtrabo unicam omnium morborum ſimil
rium etiam, obſtructionum, ulcerum &c. ca
ſam eſſe aciditatem vel luxuriantem vel de
cientem. Neque (*b*) Helmontii opinionem
qui acidum extra ſtomachum toti corpori h
ſtile eſſe judicat, noſtram facimus: ſed ſtatu
mus acidum tam in Ventriculo quam inteſ
nis aliisque partibus hærens multas produce
noxas. Quod denominationem cauſæ mo
bificæ, cum hæc ad rem nihil faciat, attin
perinde nobis erit, ſi quis cum Veteribus m
teriam vel cauſam frigidam, humorem mela
cholicum, atram vel æruginoſam, porracea
vel iſatoden bilem, ſi modo nobiscum co
ſentiat re, accuſare velit. Quem enim lat
digeſtionis imo totius nutritionis opus ex a
do p. n. in ventriculo hærente corrumpi, qu
negabit inde ſangvinis ordinatum motum
conſequenter ſecretionum naturalium neg
tiu

(*b*) *Joh. Bapt. Helmontii Ortus medicinæ. Amſtel. 16*
4. ubi de ſpiritu vitæ §. 19. p.m. 159.

ium turbari, imo omnium partium debitas
ctiones impediri? Neminem oculatiorum
ertè hæc omnia inficias iturum arbitramur.
i vero cuidam dubium oriatur, quomodo a-
idum ad maſſam ſangvineam, imo & remo-
iſſimas partes, cum aliàs ſapores omnes in di-
eſtione prima in ſalſum mutentur antequam
ò abeant, rapi poſſit, iſti reſpondemus, non-
olum cum pituita conjunctum ſed & volatili
ermixtum, præcipue oleoſo combinatum, eò
educi. Cum autem hæc theſis ulteriorem
isquiſitionem mereatur, eam pro ſpeciminis
nauguralis argumento ſumſimus. Præprimis
aque ſupremum Numen ſubmiſſis precibus
agitamus, velit noſtris conatibus ex alto be-
edicere quo in ipſius gloriam, & proximi
alutem vergant.

§. I.

NE igitur dum tractationem morborum ex a-
cido oriundorum ſuſcipimus, omnia confu-
ſa atque inordinata fiant, lubet prius mor-
borum in ventriculo primisque viis hæren-
um, dein remotiores partes afficientium hiſtorias da-
e, & ultimo curationem ſubnectere. Acidum vero hoc-
e morbificum, quod eſt ſubſtantia ſalina liquida activa,

 plus

plus minus lixivioſa, rodendi & effervefcendi quali
tate prædita, occaſionemque variis obſtructionibus &
convulſionibus ſuppeditans, ex fermento ventricul
aucto produci, nobis non arridet, cum jam iſta hypo
theſis ab æſtumatisſimo Præceptore meo D. D. A. Q. Ri
vino *Diſſertatione peculiari de acido ventriculi ferment*
excuſſa, & transmutationem ciborum digeſtione &
concoctione abſolvi demonſtratum ſit, ideoque ſtatui
mus iſtud ſimul cum eſculentis & potulentis inger
Quot enim non aſſumuntur quotidie acetaria, ut bra
ſica muriatica, cucumeres muria & aceto conditi, quo
non dulcia, ſaccharata & mellita, in fortisſimum aci
dum promtè degenerantia, facilè fermentationi ſubje
cta, ut fructus horæos, aliaque taceam, imo & unicus pa
nis nimium fermentati eſus ſufficeret pro nimio in cor
pore noſtro colligendo acido. Si potulenta examine
mus vinorum genera primatum obtinere videntur
quibus non incongruè omnes cereviſiarum præpri
mis dulciorum ſpecies adnectuntur, imo & copioſu
per pravam conſvetudinem introductus Thee & Caf
fee potus, ob adjectum in ſat magna quantitate ſac
charum, cauſarum morbificarum remotiorum nu
merum adauget. Et ſi quis omnium in acidum de
generantium aſſumendorum catalogum recenſere ve
lit, materiam pro magno volumine conſcribendo ſuf
ficientem inveniret.

§. II.

Sed ad rem. Inter morbos qui ventriculum ad
oriuntur, dolor gravativus ſtomachi cum moleſtis tor

ſioni

ionibus aliiſque ſymptomatibus nominandus venit. Quæ ad noſtram hanc hypotheſin firmandam præclaæ hiſtoriæ inveniuntur apud (*c*) Benivenium, qui reert, religioſam quandam cum febricitaret, & lac non octum biberet, per aliquot dies pondus quoddam cira ventriculum & moleſtum dolorem ſenſiſſe, non rius ceſſantem quam lactis concreti particulas voitu reddidiſſet. In ſecunda narrat, virum quendam ejuno ſtomacho lactis circiter libram potaſſe, ſperanem alvum laxiorem futuram, quo non ſubſecuto moleis torſionibus ac doloribus circa ventriculum obors, digito gutturi immiſſo, per vomitum duas lactis oncreti magnas partes, pro numero hauſtuum quos mſerat, reddidiſſe, ac ſic â doloribus circa ventriulum liberum evaſiſſe. Gravioribus ſymptomatius conjunctum affectum legimus apud Foreſtum (*d*) s verbis: Mulier quædam cum copioſe flores lactis ſiè cremorem devoraſſet, vinumque rubrum ſtypticum perbibiſſet, nauſea ſine tamen vomitu cum ingenventriculi dolore, ſyncope ac anhelitus præfocatioe correpta fuit. Quis itaque huncce affectum ex a cauſa, quam ex coagulo lactis in ventriculo facto, tum duxiſſe judicabit. Quo vero magis eluceſcat occe coagulum nulla alia materia quam acida proici, lubet unicam adhuc ſubnectere hiſtoriam â Barolino (*e*) notatam, quâ Phthiſicum quendam communi

(*c*) *Anton. Benivenii Med. Florent. exempl. Obſ. ad C. 17. in annotationibus p. m. 121.*

(*d*) *Petri Foreſti Oper. Francf. 1619. in Fol. L. 18. Obſ. 13. p. m. 152.*

(*e*) *Miſcellan. Natur. Curioſ. Decur. 1. An. 2. obſ. 163.*

muni conſilio lacte uſum, de inflatione ventris co
queſtum eſſe meminit, qui, cum Empiricus Spiritu
Salis propinaſſet, oborto vomitu, caſeum magnitud
ne pollicis efformatum, odore & conſiſtentia caſeu
referentem, reddiderit.

§. III.

Vulgaris & ſic ſatis fundata regula eſt, ab a
dis appetitum ciborum excitari, quam & Veteres
ſpexiſſe mihi videntur, dum in Ancrexia julebos
cidulatos exhibuerunt ægris, neque incongrue in ſu
jectis bilioſis id factum judicamus, quale vero im
traverint commodum, ſi ſc. corporibus acido reple
propinarunt, & annon majus inde productum fue
malum, aliis dijudicandum relinquimus. Dep
hendimus enim à nimia quantitate hujus humoris g
visſimos morbos generari, quales ſunt appetentia
mia, fames carina, ſi quis inſtar canum cibum av
ingerit & paulo poſt per vomitum vel per ſeceſſum
terum reddit, & bulimus, cum poſt abſtinentiam â
bo non adeo diuturnam fame ita excruciantur
flicti, ut & lipothymiæ ſuperveniant. Appetentiæ
miæ caſum exhibuit Foreſtus *(f)* ſequent: Frigidos
cos puella ex eſu fructuum horariorum in ventric
longo tempore collectos habebat, unde in ore ventric
frigus ſentiens, immodice cibum appetebat, ſæpe ſen
bat in ore acidam qualitatem, ita ut cibi quoque in v
tre aceſcerent. Famis caninæ exemplum tale legitu

(f) *L. 18. Obſ. 14. p. m. 153.*

d eundem: (*g*) Monacha quædam apud Delphenſes, n longo tempore cibum aſſumtum & in fine aci- quædam & aquea evomeret, rurſumque appetitu ad ıum ſumendum incitata, eundem denuo redderet, ıſam internam ex ægræ relatu cognovimus, ex acido ore oris, dum acida evomeret. Ejusdem tenoris relatio à Diemerbrockio (*h*) his verbis data: Ju- ıcula 30. annorum melancholica, ſubtriſtis, cibos os, fumo ſiccatos, acres, acidos, aliosque duræ di- tionis edere conſueta, per integrum annum ingen- ame laboravit, paulo poſt paſtum omnia aſſumta ſus evomuit, quæ iſto exiguo temporis intervallo o acida in ventriculo evaſerunt, ut adſtantibus val- acidum odorem offerrent, & ægra dicat illa ſapore ci limonum aciditatem ſuperare, quibus ejectis e ingenti fame iterum edere cogitur, aſſumta ve- paulo poſt rurſus per vomitum reddidit. Bulimia n cholera conjuncta afflictum deſcribit Manget: (*i*) venis 26 annorum melancholicus poſt longum mul- um acidorum uſum incidit in ingentem famem, â quotidie ſexies ſepties & amplius cibum copio- n ſumere cogitur. Poſt cibi ſumtionem ſæpe ven- culi ſequitur dolor, quem deinde vel vomitus, vel al- magnus fluxus lipothymiam ſæpe inducens conco- tatur.

B § IV.

(*g*) *L. 18. Cap. 5. p. m. 138.*

(*h*) *Ibr. de Diemerbrock oper. omnium Ultraj. 1685. in Fol. editor. in Diſs. Practicis. p. m. 66.*

(*i*) *Joh. Jac. Manget Biblioth. Med. Genev. 1695. Fol. Libr. 11. p. m. 269.*

§. IV.

Ad Picam ſeu appetentiam abſurdorum nunc pr greſſum facimus. Et licet malam diſtinctionem an mæ pro cauſa primaria aſſumamus, tamen ſecundaria acidum ventriculo inhabitans exiſtere ſtatuimus, quo tamen poſtea dicendum, interim hiſtorias eâ aff ctarum recenſebimus, quarum nonnulli lapides, ar nam, cretam &c. cum ſingulari voluptate aſſum runt. De la Forge (k) ſcribit ſe noſſe puellam qua dam ſpectatiſſimæ virtutis, vehementi aviditate v ſcendi lapillos laborantem, præprimis iis, qui aliqua diu lunæ expoſitæ fuere, eam ob cauſam quod ſvavi ris & jucundioris ſaporis fuiſſent. Oethæus (l) affi mat, in Cœnobio Schœnfeldenſi æditumum quenda pluribus jam annis arenam avidiſſimè & appetiiſſe devoraſſe, ac inde magnam valetudinis commodit tem ſenſiſſe. Et Wolphius (m) aſſerit mulierem æt tis provectæ adeo ut non amplius pareret, quotid ſolitam fuiſſe bonam partem arenæ non limoſæ ſed gr nuloſæ ſingulis vicibus quantum pugno apprehend re valeret, comedere, tanto appetitu & delectation ut etiam noctu vicinam lecto reponeret. Ettmulleru (n) notavit puellam quandam 15. vel 16. annorum ex r tropulſa ſcabie in febrem anxioſam malignæ ſimilem in cidiſſ

(k) *Ludovicus de la Forge in notis ad Ren. Carteſii Tr. de Hom ne Amſtel. 1677. 4o p. m. 92.*

(l) *Jac. Oethæus L. obſ. propr. apud. Joh. Schenckium Efurti 1665. Fo L. III. p. m 320.*

(m) *Gaſp. Wolphius apud eundem.*

(n) *Michael Ettmullerus Op. Efurti 1697. Fol. Colleg. conſultat. Co 3. p. m. 1299.*

idiſſe, quæ tandem difficulter curata, minus con-
ueta appetere cœpit, præprimis cretæ ſubtilisſimæ tri-
æ eſu mire delectata fuit. Simillimum deprehendi-
nus caſum apud Oethæum. (o) in Monacho quodam
n Diœceſi Fuldana, qui cretam continuo ſecum por-
avit & comedit. Tandem & Amatus (p) retulit, pu-
llam 12. annorum facie pallida, corpore gracili, indi-
crete lapillos, terram, calculos, cretam & varia ſi-
nilia maxima cum voluptate aſſumſiſſe. Ex his ita-
que hiſtoriis colligo, primum perſonas recenſitas per
rrorem deguſtaſſe talia, poſtea vero cum ſenſerint ex-
nde aliquod levamen, diminuta ſc. quantitate acidi in
entriculo exiſtentis eumque vellicantis, iſta iterum
ſſumiſſe, unde tandem prava conſuetudo ſuborta eſt.

§. V.

Igitur demonſtrato, appetitum ex nimia acidi-
ate augeri & depravari, deſtrui quoque eundem ab
cido poſſe, probandum eſt, id quod Foreſtus (q)
eſtatur: Puella pituitoſa, mali habitus, ventriculo fri-
ido, pituita referto, unde ructus acidi & ventriculi
nflatio ſubſequebantur, pituitam crudam ſæpe evo-
nebat, unde appetitus adeo lædebatur, dulcia omnia
& unctuoſa & inſipida & omnem cibum tandem abo-
ninaretur. Et Timæus (r) ſcribit, Illuſtrem quen-

 dam

(o) *l. c.*
(p) *Amatus Luſitanus Curat. Medicinal, Buldigal, 1620. Fol. Cent. III. Curat. 86 p. m. 335.*
(q) *l. c. orſervat. 10. p. m. 146.*
(r) *Bald. Timæi à Guldenklee Conſ. med, L. III, Caſ. II, p. m. 97. Lipſ. 1715. 4o.*

dam Liber. Baron. ſuaſu Chirurgi caſtrenſis tempor
verno ſerum lactis caprini ultra menſem integru
quotidie jejuno ſtomacho affatim hauſiſſe, quo fac
ex materia frigida collecta primo appetitus immin
tus, poſt plane dejectus fuerit, cum inſigni viriu
jactura & languore totius.

§. VI.

Ultimo læditur ventriculus, quando aut mater
acida in nimia quantitate collecta ad ejectionem per ſ
periora ſtimulat, vel etiam ſi ob nimiam acrimonia
rodentem, pungentem & vellicantem ad vomitum c
git. De quantitate abundante & per vomitum rej
cta egregiam reliquit Coiter (s) hiſtoriam mercator
cujusdam Bononienſis, qui multoties cum omniu
Doctorum admiratione ſponte duas ultra vini menſ
ras (boccalia vocatas) bilis atræ ac acidæ magno cu
ſanitatis emolumento evomuit. Qualitatis ad vom
tum ſtimulantis hiſtoriam afferre placet ex Benedict
(t) Quidam mane aſſumto cibo dolore ſtomachi veh
menti cum cruciaretur non coactus liquorem aceto
milem in tellure ebullientem ſpumantemque per v
mitum excrevit, quo facto ſtatim dolor fuit mitig
tus. Hiſce vomitibus ſi accedit alvi excretio conti
nua præternaturalis Medicis Cholera audit, præpri
mis ſi anxietates præcordiorum & animi deliquia co
currun

(s) *Volcherus Coiter Tabul. Anatom. Norimb. 1572. Fol. obs. M ſcell. Anatom. Chirurg. p. m. 121.*

(t) *Alex Benedicti Veron. Medic. de Re Medica op. Baſ. 1549. F lib. 12. c. 9. p. m. 220.*

ınt. Hujus hiſtoriam expreſſit Montuus (*u*) quando
efert, Henricum tunc Delphinum poſtea Regem Gal-
rum factum Lugduni Anno 1542. Cholera morbo
orreptum, æruginoſos humores adeo acres & roden-
s evomuiſſe ac per alvum depoſuiſſe ut pelluvia ac
elves argenteæ quibus excipiebantur variis coloribus
idelicet luteo, cyaneo, præcipue floridiſſima ærugine
parent infectæ,. quos colores nulla lotio potuit de-
re. Huc tandem & ſpectat Diarrhæa, cujus ex vi-
potu productæ exempla bina legimus in Platero (*x*)
efert enim ſe in convivio quodam vinum creticum
ılce paulo largius bibiſſe, à quo nocte illa ardor ſto-
achi, calor præternaturalis cum dolore capitis affli-
rit, debilitate ventriculi ſitique aucta ſequenti die
pervenientibus, quibus conſulturus in cœna & paulo
ıte denuo vini cretici ſed parum admodum & vino
mmuni diluti hauſerit, ubi tota nocte conatum de-
iendi ſenſit, ſed ſomno obrutus alvum retinuiſſe;
ane vero copioſe excrevit per alvum uti & nocte die-
ıe altero & rurſum nocte ſequenti ſedibus ad mini-
um triginta fuit vexatus. Alterum exemplum præ-
t Nobilis quidam nimio potu vini novi nondum de-
cati Diarrhæa correpti ita ut ſingulis horis decies &
nplius alvum deponere cogeretur. (*y*)

§. VII.

Tormina ventris ex acido quoque oriri & in in-
B 3 fanti-

(*u*) *Hier. Montuus in Haloſ. Febrium Lugd. 1558. 4o. Libr. 4. c. 7. p. m. 86.*
(*x*) *Felix Plateri Obſ. L. III. p. m. 851. Baſil. 1641. 8o.*
(*y*) *ibid. l. c. p. m. 853.*

fantibus cruciatus & ejulatus producere quotidia
docet experientia. Infantum enim ventriculus, qu
craſſioribus cibis digerendis inſufficiens, unico lac
vel pulmentis ex lacte paratis nutritus, facilius læc
tur acrimonia acida etiam leviſſima per lactis
mammis nutricis ſuctionem, quod ex fœcibus alvi v
rideſcentibus, quæ ex concurſu acidi cum bile hun
ce colorem contrahunt, judicatur. Ejusmodi hiſt
riam exhibet Langius: (z) Infans trium hebdomadu
ægrotat, dum ſomno fruitur minus quieto, ſed oc
lis paulisper clauſis inhorreſcit aut tanquam riſurus
contrahit, mox cum vehementia expergefactus ej
lare incipit, nec mammæ nec circumgeſtatio aut ag
tatio cunarum vel aliud quidpiam illi tranquillan
ſufficit. Nutrix refert, ſe fœces virideſcentes cu
ingenti ventris rugitu & inflatione obſervaſſe. Cu
vero Colica à torminibus parum differat, libet hiſt
riam unam ex (*aa*) Ettmullero & quidem admodu
periculoſam ob conjunctam Epilepſiam à dulcibus c
tam addere: Juvenis Nobilis in adoleſcentiæ ann
conſtitutus abdominis patiebatur tormina, ita quide
ut quoties dulcia, vel facile fermentabilia, ta
tillum licet horum comederet, doloribus colicis m
afficeretur. Cum dicto malo ſubinde etiam ſubitan
is corripitur paroxyſmis in quibus ſenſu & motu om
evaneſcente corruit, interdum utrumque conjung
tur malum poſt dulcium eſum.

§. VI

(z) *Chriſt. Joh. Langius Op. Part. II. Caſ. 54. p. m. 339.*
(*aa*) *l. c. Caſ. 16. p. m. 1376.*

§. VIII.

Tandem & nominandum venit Malum Hypo-
ondriacum, in quo tenſio Cardiacæ fere ſimilis de-
ehenditur, quam tamen ſi connexionem partium
is bene norit, facile dijudicare valet, cum in illo
eſtina potius cum ventriculo afficiantur, in hac
ro Diaphragma cum coherentibus partibus. Cau-
n hujus mali in aciditate poſitam eſſe inter ſe con-
niunt Medici tam Veteres quam Recentiores, qua-
unicum tantum exemplum manifeſtum ex (*bb*)
ngio addere animus eſt:

Vir 39. annorum texturæ tenuioris ac macilen-
ultra viginti nunc annos laborat hoc affectu: Pri-
m conqueſtus eſt de alvi obſtructionibus ita ut
io 4. vel 6. dierum alvi excrementa vix depone-
aut ſemper tamen cum ſumma difficultate nil niſi
es induratas exprimere potuerit; eô tempore vi-
egit maxime inordinatam, fumo etiam indura-
acidis, ſalſis &c. uſus eſt. Poſt hæc officio admo-
multum ſedere neceſſe habuit, quare imbecilli-
aucta fuit, præcipue propter ventriculi & inteſti-
um inflationem, reſpirationem anheloſam, dolo-
capitis, melancholiam &c. His tamen appetitus
fuit imminutus, ſed potius nonnunquam accrevit,
uia tunc temporis peſtis graſſabatur, loco præſer-
onis quotidie acetum antipeſtilentiale &c. ſum-
& poſtea ſudavit, quo facto intra annuum tempus
s debilitatus, tandem ex parte reſtitutus ita ut
obam-

(*bb*) *l. c. Caſ. 23. p. m. 273.*

obambulare ſuoque munere fungi poſſet, niſi qu
do vinum potaret aut cibis acidis uteretur.

§. IX.

Et mictionem lædi ex hacce cauſa morbifica q
tidianis edocemur exemplis; interdum enim cop
ſior fit excretio, vel etiam potus, qualis aſſumtus f
iterum redditur in Diabete. Vidi Lipſiæ murari
quendam Diabete affectum qui ſe ferme diffluere
mictionem affirmabat, nam ſe in duplici majore qu
titate excernere lotium referebat, quam aſſum
fuiſſet potus, conquerebatur ſimul de virium proſt
tione, ſiti nimia, & aciditate oris. Refert etiam
matus (*cc*) quendam ex vini meracioris potu & ch
tami ſ. fœniculi aut petroſelini marini dicti mu
conditi largiore uſu in Diabetem incidiſſe, ita ut qu
quid biberet ſimul & quale aſſumeret, per urin
reddere, conjuncta intenſisſima ſiti, cogeretur. Vi
mus jam excretionem plus debito augeri. Acidi
tem vero & meatum Urinæ conſtringere, & exaſ
rando moleſtiam inter mingendum producere po
ſequentes docebunt hiſtoriæ. (*dd*) Paullini narr
virum quendam 67. annorum exiguo etiam potu
juscunque vini vel acido ſumto ſtatim Iſchuriam p
ſum fuiſſe. Neque abs re fore arbitramur ſi Doc
næi (*ee*) relationem adjiciamus: Vir ſenex 82. ann
ru

(*cc*) *Libr. citat. Cent. II. Curat. 94. p. m. 233.*
(*dd*) *Chriſtoph. Franc. Paullini obſerv. Med. Phyſicar. obſ. 19. p.*
23. in appendice M. N. C. D. II. A. 17.
(*ee*) *Remb. Dodonæi obſ. medicinal. Exemplor. r. ar. Hadervici 521.*
Cap. 48. p. m. 81.

m cum juvenis eſſet, vini potatione delectabatur, d haud alterius quam Rhenani, præteritis 80. vitæ nis multo parcius & raro admodum vino Rhena- uſus nec citra offenſam bibere potuit: Si quando im eum Rhenanum aſſumere contigit, etiam in exi- a quantitate, mox illi ſtillicidium Urinæ valde mo- ſtum fuit. Ita alium ſtranguria correptum legimus ud Ettmullerum: (ff) Vir ætatis conſiſtentis ne- riticis & podagricis affectibus crebrius obnoxius, hyemis frigore contrahit tusſim ingentem, accedit ior invaſio arthritica circa manum dextram, cu- um & genu ſiniſtrum: Medicus huic exhibet ſpir. armoniaci cum dimidio ſpir. cochl. ex quo Poda- icus affectus ceſſat. Hinc ſecunda vel tertia die avis dolor in lumbis cum intenſisſimo veſicæ do- e ſupervenit, ita ut continuum mingendi conatum nodum doloroſum perciperet, paucam tamen uri- m emitteret, cujus cauſam proximam, vitioſum a- um urinæ permiſtum, eſſe conſtituit Autor.

§. X.

Inſenſibilis transpiratio quantum conducat ad ſa- atem conſervandam â Medicis hujus ævi jam ſatis nonſtratum eſt, imo & deplorandus ſtatus, in quem ſtructione vel privatione ipſius conjiciuntur ægri, culenter demonſtrat damnum exinde proveniens. uſam vero & huic affectui præbet humor ſæpius minatus acidus, quamprimum enim in ventriculo llectus chylificationem debitam deſtruit, occaſionem

 ſuppe-

(ff) *l. c. Caſ. 45. p. m. 1537.*

ſuppeditat ad majorem collectionem ſeri pituit quod tandem & ſangvini permixtum, obſtruction tumores, decolorationes &c. producit, quales tam Cachexia quam in Hydrope, quæ ſæpius in uno ſu jecto conveniunt, quotidie offendimus. Exemplu unum Cachexiæ cum imminente Hydrope, in viro ni potatore ſtrenuo, & alterum in Ancilla Cache ſcabioſa ad Hydropem inclinante ex nutrimento pa tium per acre acidum viſcidum deſtructo, notavit E mullerus. (*gg*) Et apud Mercurialem (*hh*) legitur h ſtoria Principiſſæ cujusdam Cachexia cum hypocho driorum tenſione, appetentia læſa, nauſea, fruſtra ſemper nutritione & frigiditate ſtomachi laborant Aliam hiſtoriam Hydropis â Patino conſcriptam verbis (*ii*) legimus : Venetus quidam Vincentiæ mulans, vinumque ad hoſpitium del Capello nomin tum diſtribuens, in tanta quantitate ejusmodi vinu hauſit, ut ejus animales ſpiritus non modo ſvavem focillationem, ſed inopinatam perverſionem ſæpis mè ſentirent. Tandem morbo opprimitur, macile to corpore, facie palleſcente, in omnium partium t mores hydropicos incidit.

§. XI.

Ad febrium nunc claſſem accedentes præmon re lubet, opinionem illorum qui ſtatuunt omne f

g

(*gg*) *l. c. Caſ. 40. p. m. 1509. & caſ. 39. p. m. 1507.*
(*hh*) *Hieron. Mercurial. Conſultat. Med. Venet. 1624. Fol. Tom. Conſ. 140. p. m. 225.*
(*ii*) *Carolus Patinus Miſc. N. C. D. II. A. 10. obſ. 123. p. m. 216.*

is ab acido, calorem & æſtum vero â bile produci, firmo niti fulcro. Si enim obſervationes de die in em factas æquo animo penſitare velimus, depre- ndemus, ſubjecta interdum bile repleta morbis fri- lis obnoxia, & alia in quibus humor acidus abun- t, calidis expoſita eſſe morbis. Sed ne nimium di- ediamur à ſcopo, placet ex obſervatione Præcepto- mei Lipſienſis omni obſervantiæ cultu jugiter de- nerandi Dni Doctoris Rivini, adducere exemplum noeſtæ puellæ febre ardente continua per aliquot s laborantis, usque dum acida manifeſta evome- ret, quo facto ſtatim levamen ſenſit. (*kk*) Febris idæ mentionem facit Sylvius in Viro quodam cui but dolebat per octo jam dies cum dolore lumborum, o laxa, agrypnia, continuo frigore ex lumbis ex- gente verſus caput, unde hujus gravitate & verti- ie vexabatur, quamprimum corpus moveret, & ci- ullum caloris p. n. ſenſum. Spiritum acidum hic niam effervefcentiam in pituita facere ſtatuit Autor ſum fere ſimilem notavit Foreſtus: (*ll*) Homo pitui- us ac nonnihil melancholicus febre quotidiana cor- itur, cum ingenti ob phlegma acetoſum frigore, ita ægrotus ſibi oſſa frangi putaret, aderat ſapor aci- ore, capitis gravedo, ventriculi indigeſtio, hypo- ondriorum inflatio & lentus calor. Febrium denique raticarum aliarumque hiſtorias annectimus (*mm*)

C 2 Fo-

kk) *Franc. de le Boe Sylvii Caſuum Medicinal. p. D. Merianum Tra- jeċt. ad Rhen. 1695. 4o. edito Caſ. 53. p. m. 32.*
ll) *Lib. III. Obſervat. 25. p. m. 86.*
mm) *loc. c. Obſ. 45. p. m. 106.*

Foreſtus ſcribit (Sororium ſuum Theylingium) Al
mariæ 1554. cum autumno liberalius vino ſe ingurg
taſſet, ac diverſis ferculis impleviſſet, in erratica
febrem cum capitis dolore, & tuſſicula levi adm
dum, incidiſſe, dein ex nimio eſu fructuum horari
rum febre tertiana continua maligna periiſſe, ſim
lem caſum recenſet alibi. (*nn*) Et Hannemannus (
obſervavit Mercatorem quendam cum quinque fil
ex copioſisſime comeſtis fructibus ribium febre co
reptum fuiſſe.

§. XII.

Dolores artuum uti Arthritis vaga & fixa, Podag
Gonagra, Malum Iſchiaticum & chiragra ſunt quoq
producta ejusdem materiæ peccantis, atque ideo
initio plerumque conqueruntur affecti de ructibus
cidis, & vomitus patiuntur acidos, vel bilis ærugin
ſæ.

§. XIII.

Si denique omnium morborum ſpecies perluſtr
re, & ſingulatim recenſere velimus, quæ ex hac mo
bifica cauſa proveniunt, pagellæ hæ ad Diſſertatione
tantum deſtinatæ non ſufficerent: Mamiam enim I
pothymiam & Apoplexiam, convulſiones hypocho
driacas, hyſtericas & ſpaſmodicos cordis affectus, ſco
butum, conſtipationem alri, imo & ſudores ſæpe m
nifeſte acidum ſpirantes & plures doloribus rodentib

(nn) Libr. II. Obſ. 25. p. m. 44.
(oo) D. Joh. Lud. Hannemann M. N. C. D. II. A. I. O. 73. p. m. 1

lancinantibus ſtipatos affectus ad horum cenſum re-
re poſſemus. Quemadmodum enim,ut vulgo dici-
r, unius rei plures poſſunt eſſe cauſæ, ita & in re-
ectu ad morbos, multorum licet inter ſe non con-
nientium una eademque exiſtere poteſt origo. Nam
i ex adductis exemplis patet, acidum interdum ap-
etitum auget, interdum deſtruit, interdum ad ex-
etionem ſtimulat, quandoque impedit. Itaque ne-
ſſe eſt ut Medicinam facturus acuratius prius in cau-
n inquirat, quam medicamenta præſcribat, quo
eorundem effectu certior eſſe poſſit.

§. XIV

Morbi quoque externi, ut ſunt tumores varii ge-
eris, & ulcera omnium partium, magis exacerban-
r & difficillime ad conſolidationem tendunt præſen-
acido. Sic eryſipelas interdum graviſſima habet
mptomata, & tumor podagricus magis dolet, &
cera maligna ſemper pejora redduntur ex acido pri-
arum viarum, quod etiam de vulneribus ab extra
flictis, præſertim capitis, ſentiendum erit.

§. XV.

Nunc itaque progredimur ad curam morborum
acido oriundorum. Hæc abſolvitur in nonnullis
acuantibus, ſudoriferis & diureticis, in aliis præ-
pitantibus, abſorbentibus & temperantibus, iterum
aliis incraſſantibus: Si itaque malum in ventriculo
ereat, quod vel pondere incommodum parit, vel
rimonia ſua moleſtum eſt, vomitoria, niſi aliud quid
rohibeat, locum habent. Nominavimus in §. 2. dolo-

 rem

rem gravativum ſtomachi ex lactis coagulo ortum, i
§. 3. appetitus aucti &c. exempla dedimus. Cui itaqu
incongruum videbitur, ſi quis ♀ vitæ, Tart. Emet
cum, Tubith. minerale, infuſum vitr. antimon. her
gratiolæ, in debilioribus autem ſubjectis Syr. Ru
Idæi Emet. Rad. Ipecacuan. & Aſarum præſcribere
Evacuantia per inferiora neque ſua laude ſunt priva
da: Ubi enim vires non reſpondent medicament
fortioribus, mitioribus opus eſt. Sic in appetitu d
ſtructo, præprimis cum debilitate conjuncto, ſi qu
radicem Jalappæ, Bryoniæ, & mechoacannæ, extra
Rhabarb. Panchimagog. Croll. vel etiam Res. Jalap.
ſcammonei in moderata tamen doſi exhiberet, ex
ptatum effectum impetrabit. His quoque annum
ramus clyſmata cum anodynis compoſita, & ſi n
ſtro judicio ſalia lixivioſa fuerint admixta in tormin
bus nunquam fruſtra adhibentur.

§. XVI.

Inter præcipitantia Lim. ♂t. vel (qui minera fe
ri eſt) Hæmatites primatum obtinent. Huc quoqu
Mercurialem in Cachexiæ cura §. 10. citat. reſpexiſ
nobis perſvaſum habemus, quando hujus mali cura
in Limat. Martis aſſumtione poſitam eſſe, cenſet. E
Tillingii (*pp*) obſervatio docet virum quendam â fe
bre erratica cum œdemate pedum reſtitutum fuiſ
unico Magiſterii Martis aperitivi uſu. Abſorbenti
quod attinet, eo reſpiciendum, ne ▽ea cum lapidoſi
con

(*pp*) *D. Matth. Tillingius in M. N. C. D. II. A. 2. Obſ. 65. p. n.*
141. & 42.

nfundantur, aliàs curationis ſpe fruſtrabimur. I-
ue ſummo jure ∀ea quis propinare poteſt ægroto
Diabete,& ſi alvus præter naturam laxa aderit. Ter-
enim ut ∀ ſigillat Strigenſis, Goldbergenſis, Lau-
enſis,&c Bolus Armena alba & rubra quamprimum
n acido combinantur ſtypticam vim accipiunt.
pidoſa vero ut lapid. oc. canc. teſtæ ovorum Stru-
onum, Corallia, Cryſtallus montana &c. acido con-
ıcta in ſalſum mutantur, in Diabete itaque minus
nvenientia eſſe experientia quotidiana docet. Cæ-
um Martialia cruda alcooloſita, robuſtioribus, cum
noſis ex R. A. v. g. C. C. & Ebore uſtis, nec non
icornu foſſili, quam optimè exhibentur, debiliori-
vero c. antiſpasmodicis fixis, ut dente Hippo-
. Unic. mar. ungul. alc. Lapis tantum Hæmati-

§. XVII.

Neque ſalia fixa & lixivioſa utriusque formæ,
temnenda ſunt, quippe obſervavit Dodonæus (§.
it.) ſenem iſtum abiſchuria lixivio ex ovorum teſtis
ato, reſtitutum fuiſſe. Hoc nomine quoque ole-
♀i p. d. ad ℥j. c. Cereviſia bis de die ſumendum,
uor ∀ foliat. ♀i & ⊖ia fixa omnis generis ſpera-
n dabunt effectum. Curam quoque accelerabit ſi
s pro ſcopo temperandi decoctis ex Rad. Chinæ,
ſæparillæ & altheæ, herba aquilegiæ & pini ſtrobu-
junioribus uti velit.

§. XVIII.

Ultimo & incraſſantia præcipuè ☍ ♀i. per deli-
qu.

qu. vel Liqu. 🜄 fol. mixta, locum habent, dum partes acres iſtas involvunt, & ne amplius vellicare vel ſtimulare poſſint, ſecum rapiunt, v. g. Gum. Arabicum, Ceraſorum Tragacantha, Maſtiche, Thus &c. Nil reſtat, niſi ut DEO T. O. M. pro viribus clementiſſimè conceſſis ſubmiſſas perſolvamus grates, & L.B. ut huic labori noſtro faveat, officioſe rogemus.

TANTUM!

COROLLARIA.

I.

Multi morbi ſunt incurabiles non ob remediorum defectum, ſed Medicorum imperitiam.

II. *Medici nomen haud meretur, qui neque morbum, neque remedia convenientia mature adhibere novit.*

III. *Notitia Plantarum ad minimum in officinis uſualium, qui caret, etiamſi Arcana majora crepet, Medicis annumerari non meretur.*

IV. *Qui in Medicina non ultra vulgus ſapit, merito cedere debet Pharmacopœo, Chirurgo, Obſtetrici, aliisque in arte ſua magis exercitatis.*

S. D. G.